GREGORIUS MAGNUS

Deutschland, um 1300 Seite 127v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26047
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sonat quando elatam intentionem in eo quod agit
fortiter evincit, nondum commissa culpa
tribulit temptat si fervens et fre-
mens sorbet terram, quia nimio ardo-
re semetipsum discutit, et quicquid
in se terrenum reperit cotidie pro-
ficiendo consumit, et clangorem tu-
be sonare non reputat, quia consi-
deratione fortitudinis omne vitium quod de vir-
tutis gloria nascitur sollicitus decli-
nat. Sonare enim tube clangorem
reputaret si fortasse propter aliud quod
prave subolet alia recte agere
metueret. Quia ergo ad agenda
fortia ante insonantia tempta-
menta non trepidat, inferiore suo
positus clangorem minime for-
midat. Sepe autem dum prosperari
se in virtutibus conspicit, ne ipsa illum
virtutum prosperitas elevet, pulsa-
ri se temptationibus gaudet. Unde
55 et apte subiungitur: Ubi audierit bu-
cinam dicit wach. Multos enim
sua peius felicitas sternit. Mul-
tos diuturna pax inertes red-
didit, eoque illos inopinatus hostis
gravius perculit quo longo qui-
etis usu negligentes invenit.
Unde sancti viri cum multa se profecisse
virtutum prosperitate considerant, quo-
dam superne dispensationis mode-
ramine exerceri se in temptationibus
exultant, quia tanto robustius ac-
ceptam virtutum gloriam custodi-
unt quanto temptationis impul-
su concussi infirmitatem suam humi-
lius agnoscunt. Equus ergo audi-
ta bucina dicit wach, quia videlicet
preliator Dei cum vim temptati-
onis in carnibus conspicit, utilitatem
superne dispensationis considerans,
ex ipsa validior adversitate conficit
cuius adversitatis certamina ideo
ipsum non superant quia numquam im-
provisa temptant. Longe quippe pre-
notat certamina quaque re cui maior
pugna succrescat. Unde sequitur:
Procul odoratur bellum. Bellum
namque procul odorari est ex causis
precedentibus que vitiorum pugne sub-
sequuntur agnoscere. Quia enim sic
sepe iam dictum est odore res non
visa agnoscitur, bellum procul o-
dorari est sicut flatu narium sic
provisione cogitationum nequitias la-
tentes indagare. De quo odora-
tu dominus recte in ecclesie sue laudibus
dicit: Nasus tuus sicut turris Ly-
bani. Per nasum namque odores fe-
toresque discernimus. Et quid per nasum
nisi provida sanctorum discretio designatur.
Turris vero speculationis in altum
ponitur ut hostis veniens longe
videatur. Recte ergo nasus ecclesie tur-
ri in libano similis dicitur, quia sanctorum
provida discretio dum sollicite
circumquaque conspicit in altum posita
prius quam veniat culpa deprehendit